no. 101
de Ricci
+ S.T.I.

Incipiunt hore de sancta cruce.

Domine labia mea a
peries. Et os meum an
nuntiabit laudem tu
am. Deus in adiu
torium meum intende.
Domine ad adiuvandum me festina.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et sem
per et in secula seculorum. Amen. *Ymnus*

Patris sapientia veritas divina Deus
homo captus est hora matutina.
A notis et discipulis cito derelictus A iu
deis traditus venditus et afflictus. *V.*
Adoramus te christe et benedicimus tibi.
Quia per sanctam crucem tuam redemisti
mundum. Domine exaudi ora
tionem meam. Et clamor meus ad te
perveniat. Oremus. *Oratio.*

Domine ihesu christe fili dei vivi

pone passionem crucem et mortem tu
am inter iudicium tuum et animam me
am nunc et in hora mortis mee. Largiri dig
neris vivis misericordiam et gratiam
defunctis requiem et veniam ecclesie san
cte pacem et concordiam. Et nobis pec
catoribus vitam et leticiam sempiternam.
Amen. Deus in adiutorium. Ut supra.

Hora prima ductus est ihesus ad pyla
tum. Falsis testimoniis multum
accusatum. In collo percuciunt manibus
ligatum. Vultum dei conspuunt lumine
celi gratum. ℣. Adoramus te. Oratio. Domine ihesu
ut supra. Deus in adiutorium. Ymnus.

Crucifige clamitant hora tercia.
Illusus induitur veste purpurea.
Caput eius pungitur corona spinea.
Crucem portat humeris ad locum pena
rum. ℣. Adoramus te. Oratio. Domine ihesu xpe.
Deus in adiutorium meum. Ymnus.

Hora sexta ihs est cruci conclauat²
Et est cum latronibus pendens re
putatus. pre tormentis siciens felle sa
turatus. Agnus crimen diluit sic ledifica
tus. V. Adoramus te. oro. Dñe ihu xpe fili
Deus in adiutorium meum. intē. ps.
Hora nona dñs ihs exspirauit.
Hely clamans aiām pr̄i cōmēda
uit. latus eius lancea miles pforauit
Terra tunc contremuit et sol se obscura
uit. V. Adoramus te. oro. Dñe ihu xpe.
Deus in adiutorium meum int. ps.
De cruce deponitur hora uespertina
fortitudo latuit in mente diuina
Talem mortem subijt uite medicina
heu corona glorie iacuit supina. V.
Adoramus te. oro. Domine ihu xpe.
Conuerte nos deus salutaris
noster. Et auerte iram tuam
a nobis. Deus in adiutorium. intē. su.

Hora completorij datur sepulture.
Corpus xpristi nobile spes vite fu-
ture. Conditor aromate complentur scrip-
ture. Jugis sic memoria mors ē in cure.
Adoramus te. Oro. Domine ihesu xpriste.
Has horas canonicas cum deuotione.
Xpriste tibi recolo pia ratione. Ut
qui pro me passus es penas in agone. Sic
labori consonans consors sim corone. ℟.
Adoramus te xpe. Oro. Domine ihū. xpe.
Ut supra.

Incipiunt hore de sancto spiritu.

Domine labia mea a-
peries. Et os meum an-
nuntiabit laudem tu-
am. Deus in adiu-
torium meum intende.
Domine ad adiuvandum me festina.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et sem-
per et in secula seculorum. Amen. Ys.
Nobis sancti spiritus gratia sit data.
De qua virgo virginum fuit obum-
brata. Cum per sanctum angelum fuit sa-
lutata. Verbum caro factum est virgo fe-
cundata. V. Veni sancte spiritus reple
tuorum corda fidelium et tui amoris in-
cis ignem accende. Domine exaudi
orationem meam. Et clamor meus ad
te veniat. Oremus. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus da no

bis illam sancti spiritus graciam quam tuis discipulis in die sancto penthecostes tribuisti. Per xpm dnm nrm Ame
Deus in adiutorium meum vtis. Ys.
De filia virgine filius fuit natus Cruciatus mortuus atque tumulatus. Resurgens discipulis suis demonstratus. Et ipsis cernentibus celis eleuatus. V. Veni sancte. oro. Omnipotens
Deus in adiutorium meum. ymn.
Nouum sanctum spiritum in te delegauit. In die sancto penthecostes nos informauit. linguis loqui variis nos inflammauit. Orphanos relinquere eos denegauit. V. Veni sancte. vtis. oro.
Omnipotens sempiterne. Deus in adiutor.
Septiformem graciam tunc acceptauerunt. Quare ydiomata cuncta cognouerunt. Ad diuersa climata mundi recesserunt. Et fidem catholicam

tunc predicaverunt. ℟ Veni sancte. oro
Omnipotens. Deus in adiutorium.

Spiritus paraclitus fuit appellat9 donum dei digitus fons vivifica tus. Spiritalis caritas ignis inflamat9 septiformis gracie carisma vocatus. ℟ Veni sancte. oro Omnipc sempiterne d̄s. Deus in adiutorium meum. ymnus.

Dextere dei tu digitus virtus spiritalis. Nos defendens eruat omnib9 ex malis. Ut nobis non noceat demon infernalis. Protegat et nutriat ac foveat sub alis. ℟ Veni sancte. oro Omnipotēs.

Converte nos d̄s salutaris nr̄. Et averte iram tuam a nobis. Deus in adiut.

Spiritus paraclitus nos velit iuvare. Gressus nostros regere et illuminare. Ut cum deus venerit omnes iudicare. Nos velit ad dexteram suam appellare. ℟ Veni sancte spc. oro Omnipotens.

Has horas canonicas cum deuo
tione. Tu me sancte spiritus pi
a ratione. Tua fac recolore misera
tione. Ne que tu illuminans inspi
ratione. Amen.

Incipit missa beate marie uirginis.
Introibo ad altare dei. Ad deum qui leti-
ficat iuuentutem meam. Dignetur
domine die isto. Sine peccato nos custo-
dire. Confitemini domino quoniam
bonus. Quoniam in seculum misericordia eius.
Confiteor deo celi et beate confessio.
marie uirgini et omnibus sanc-
tis dei et uobis patri quia ego infelix pec-
cator peccaui nimis contra legem dei
mei cogitatione locutione. Consensu
uisu uerbo et opere mea culpa mea max-
ima culpa. Ideo precor beatissimam uir-
ginem mariam et omnes sanctos et sanctas
dei et uos orare pro me peccatore. absolutio
Misereatur uestri omnipotens deus
et dimissis omnibus peccatis ues-
tris perducat uos ihesus xpc cum gaudi-
o sine macula ad uitam eternam. Amen.
Non nobis domine non nobis. Sed

nomini tuo da gloriam. Ab occultis
meis munda me domine. Et ab alienis
parce servo tuo. Adiutorium nostrum
in nomine domini. Qui fecit celum et
terram. Sit nomen domini benedic
tum. Ex hoc nunc et usque in seculum. Introitus.
Salve sancta parens enixa puerpe
ra regem qui celum terramque regit
in secula seculorum. Ps. Sentiant omnes
tuum iuvamen quicumque celebrant
tuam commemorationem. Gloria patri.
Vers. Salve sancta. Vers. Kyrieleison. iij.
Christeleison. iij. Kyrieleison. iij. Laus angelorum.
Gloria in excelsis deo. Et in terra pax
hominibus bone voluntatis. Lau
damus te. Benedicimus te. Adoramus
te. Glorificamus te. Gratias agimus
tibi propter magnam gloriam tuam
Domine deus rex celestis deus pater omnipotens
Domine fili unigenite ihesu christe.

Domine deus agnus dei filius patris.
Qui tollis peccata mundi miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi suscipe depreca-
tionem nostram. Qui sedes ad dexteram
patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus.
Tu solus dominus. Tu solus altissimus ie-
su xpriste. Cum sancto spiritu in glori-
a dei patris. Amen. Oremus. oratio.
Concede nos famulos tuos quesumus domine
deus noster perpetua mentis et
corporis salute gaudere et gloriosa bea-
te marie semper virginis intercessione
a presenti liberari tristicia et eterna per-
frui leticia. Per dominum nostrum ihesum xpistum
filium tuum. Qui tecum vivit et regnat
in unitate spiritus sancti deus. Per omnia
secula seculorum Amen. lectio libri sapientie.
Ab initio et ante secula creata sum
usque ad futurum seculum non desinam
et in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Et sic in syon firmata sum et in civi
tate sanctificata similiter requievi
in iherusalem potestas mea. Et radi
cavi in populo honorificato et in partes de
i mei hereditas illius et in plenitudine
sanctorum detentio mea. Graduale.
Benedicta et venerabilis es virgo ma
que sine tactu pudoris inventa es mater
salvatoris. V. Virgo dei genitrix quem
totus non capit orbis in tua se clausit
viscera factus homo. Alleluia. V. Post
partum virgo inviolata permansisti dei
genitrix intercede pro nobis. Alleluia
In illo tempore loquente. S. Lucam.
ihesu ad turbas extollens vocem quedam
mulier de turba dixit illi. Beatus ven
ter qui te portavit et ubera que suxisti.
At ille dixit Quinimmo. Beati qui au
diunt verbum dei et custodiunt illud.
Deo gratias. fides.

Credo in unum deum patrem omnipo
tentem factorem celi et terre visibilium omnium et
invisibilium. Et in unum dominum ihesum christum
filium dei unigenitum. Et ex patre natum
ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumine
deum verum de deo vero. Genitum non factum
consubstancialem patri per quem omnia facta sunt. Qui
propter nos homines et propter nostram salutem des
cendit de celis. Et incarnatus est de spiritu
sancto ex maria virgine et homo factus est. Cru
cifixus eciam pro nobis sub pontio pyla
to passus et sepultus est. Et resurrexit ter
cia die secundum scripturas. Et ascendit
in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum
venturus est cum gloria iudicare vivos et
mortuos. Cuius regni non erit finis. Et
in spiritum sanctum dominum et vivifican
tem. Qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre
et filio simul adoratur et conglorifica
tur. Qui locutus est per prophetas.

Et unam sanctam catholicam et aposto
licam ecclesiam. Confiteor unum baptis
ma in remissionem peccatorum. Et expecto re
surrectionem mortuorum. Et vitam ventu
ri seculi. Amen. Of. Felix namque es sacra vir
go maria et omni laude dignissima. Quia
ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. Sanctus
Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth.
Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna
in excelsis. Benedictus qui venit in nomine
domini osanna in excelsis. Agnus dei qui tol
lis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei
qui tollis peccata mundi miserere nobis. Ag
nus dei qui tollis peccata mundi dona nobis
pacem. Co. Beata viscera marie virginis que
portaverunt eterni patris filium. Oremus. Oratio.
Gratiam tuam quesumus domine mentibus nostris in
funde ut qui angelo nunciante christi fi
lii tui incarnationem cognovimus per passi
onem eius et crucem ad resurrectionis gloriam per.

Initium sancti euuangelii secundum
iohannem. Gloria tibi domine.

In principio erat uerbum et uerbum erat
apud deum et deus erat uerbum. Hoc e
rat in principio apud deum. Omnia
per ipsum facta sunt et sine ipso factum est
nichil. Quod factum est in ipso uita e
rat et uita erat lux hominum et lux in tene
bris lucet et tenebre eam non comprehen
derunt. Fuit homo missus a deo cui no
men erat iohannes. Hic uenit in testi
monium ut testimonium perhiberet de
lumine ut omnes crederent per illum. Non
erat ille lux sed ut testimonium perhi
beret de lumine. Erat lux uera que illu
minet omnem hominem uenientem
in hunc mundum. In mundo erat et
mundus per ipsum factus est et mundus
eum non cognouit. In propria uenit et
sui eum non receperunt. Quotquot

autem receperunt eum dedit eis potesta
tem filios dei fieri hijs qui credunt in
nomine eius qui non ex sanguinibus
neque ex voluntate carnis neque ex volun
tate viri sed ex deo nati sunt. Et verbum
caro factum est et habitavit in nobis et
vidimus gloriam eius gloriam quasi uni
geniti a patre plenum gratie et veritatis
Deo gratias.

Secundum lucam.

In illo tempore. Missus est angelus ga
briel a deo in civitatem galilee cui nomen
nazareth, ad virginem desponsatam viro
cui nomen erat ioseph de domo david et no
men virginis maria. Et ingressus angelus
ad eam dixit. Ave gratia plena dominus te
cum. Que cum audisset turbata est in
sermone eius et cogitabat qualis esset
ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne ti
meas maria invenisti enim gratiam
apud dominum. Ecce concipies in utero et pa

nes filium et uocabis nomen eius ihm
hic erit magnus et filius altissimi uo
cabitur et dabit illi dominus deus sedem
dauid patris eius et regnabit in domo ia
cob in eternum et regni eius non erit finis
Dixit autem maria ad angelum. Quo fi
et istud quoniam uirum non cognosco
et respondens angelus dixit ei. Spiritus
sanctus superueniet in te et uirtus altissimi
obumbrabit tibi. Ideo et quod nascetur
ex te sanctum uocabitur filius dei. Et ec
ce elisabeth cognata tua et ipsa concepit
filium in senectute sua. Et hic mensis
est sextus illi que uocatur sterilis quia non e
rit impossibile apud deum omne uerbum
dixit autem maria. Ecce ancilla dni fi
at michi secundum uerbū tuū. Deo
gratias. Secundum matheū.
In illo tempore. Cum natus esset
ihs in bethleem iude in diebus herodis

regis ecce magi ab oriente uenerunt ihe
rosolimam dicentes ubi est qui natus est
rex iudeorum uidimus enim stellam eiu'
in oriente et uenimus adorare eum. Au
diens autem herodes rex turbatus est et o
nis iherosolima cum illo. Et congregãs
omnes principes sacerdotum et scribas po
puli sciscitabatur ab eis ubi xpistus
nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethleē
iude. Sic enim scriptum est p propheta.
Et tu bethleem terra iuda nequaquam
minima es in principibus iuda. Ex te enĩ
exiet dux qui regat populũ meum isrl.
Tunc herodes clam uocatis magis dilige
ter didicit ab eis tempus stelle que appa
ruit eis. Et mittens illos in bethleem
dixit. Ite et interrogate diligenter de pu
ero. Et cum inueneritis renunciate mich
i. Vt et ego ueniens adorem eum. Qui cũ
audissent regem abierunt. Et ecce stella

quam uiderant in oriente antecedebat
eos usqꝫ dum ueniens staret supra ubi e
rat puer. Videntes autem stellam gauisi
sunt gaudio magno ualde. Et intrantes
domum inuenerunt puerū cum maria
matre eius. Et procidentes adorauerunt
eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt
ei munera. Aurum thus et mirrā. Et respō
so accepto in sompnis ne redirent ad herodē
per aliam uiam reuersi sunt in regionem
suam. Deo gratias. S' marchum.
In illo tempore recumbentibus undecī
discipulis apparuit illis dn̄s ih̄s et expro
brauit incredulitatem illoꝝ et duriciā cor
dis. Quia hiis qui uiderant eum resurrex
isse a mortuis non crediderunt et dixit e
is. Euntes in mundū uniuersū p̄dicate
euangelium omni creature. Qui credide
rit et baptizatus fuerit saluus erit. Qui
uero non crediderit condempnabitur. Sig

na autem eos qui crediderunt hec sequentur
in nomine meo demonia eicient linguis
loquentur novis serpentes tollent. Et si
mortiferum quid biberint non eis nocebit.
Super egros manus imponent et bene habe-
bunt. Et dominus quidem ihesus postquam
locutus est eis assumptus est in celum et sedet
ad dexteris dei. Illi autem profecti predicave-
runt ubique domino cooperante et sermo-
nem confirmante sequentibus signis.
Deo gratias.

pater de celis deus miserere nobis
Domine sancte pater omnipotens eter-
ne deus qui con substancialem
et coeternum tibi ante [illegible]
[illegible] secula fecit [illegible] fabiliter [illegible]
sti cum quo et cum sancto spiritu cre-
[illegible] pro[illegible] filius [illegible] qui
omnia quecumque visibilia
et invisibilia [illegible]
sti tibi gracias ago et adoro te lau-
do te benedico te [illegible]
sto propitius michi misereri me
peccatori et ne despicias me opus

Incipit officium beate marie virginis
secundum consuetudinem. Roma-
ne ecclesie. Ad matutinas.

Domine labia mea ape-
ries. Et os meum an-
nuntiabit laudem tu-
am. Deus in adiu-
torium meum intende.
Domine ad adiuvandum me festina.
Gloria patri et filio et spiritui sancto
Sicut erat in principio et nunc et sem-
per in secula seculorum. Amen. Invitatori.
Ave maria gratia plena dñs tecum. Ps.
Venite exultemus domino iubilem-
deo salutari nostro preoccupemus fa-
ciem eius in confessione et in psalmis
iubilemus ei. Ave maria gratia p. dñs te.
Quoniam deus magnus dñs et rex
magnus super omnes deos quoniam non
repellet dominus plebem suam quia

in manu eius sunt omnes fines terre et
altitudines montiū ipse conspicit. Dns t.
Quoniam ipsius est mare et ipse fecit il
lud et aridam fundaverunt manus eius
venite adoremus et procidamus ante deū
ploremus coram domino qui fecit nos quia
ipse est dominus deus noster nos autē po
pulus eius et oves pascue eius. Ave mā.
Hodie si vocem eius audieritis nolite
obdurare corda vestra sicut in exacerba
tione secundum diem temptationis in
deserto ubi temptaverunt me prēs vrī
probaverunt et viderunt opa mea. Dns t.
Quadraginta annis proximus fui ge
nerationi huic et dixi semp hii errant
corde ipsi vero non cognoverunt vias me
as quibus iuravi in ira mea si introi
bunt in requiem meam. Ave maria.
Gloria patri. vts. Dominus tecum.
Ave maria gratia plena dns tecū. Ps.

Quem terra pontus ethera colunt a
dorant predicant trinam regentem
machinam claustrum marie baiulat.
Cui luna sol et omnia deseruiunt per
tempora perfusa celi gratia gestant puelle
uiscera. Beata mater munere cuius
supernus artifex mundum pugillo con
tinens uentris sub archa clausus est. Be
ata celi nuntio fecunda sancto spiritu de
sideratus gentibus cuius per aluum fusus
est. Maria mater gracie mater misericordie tu
nos ab hoste protege in hora mortis susci
pe. Gloria tibi domine qui natus es de
uirgine cum patre et sancto spiritu in sem
piterna secula. Amen. Ant. Benedicta. Ps.
Domine dominus noster quam ad
mirabile est nomen tuum in uni
uersa terra. Quoniam eleuata est mag
nificentia tua super celos. Ex ore infan
tium et lactentium perfecisti laudem propter

inimicos tuos ut destruas inimicum et
ultorem. Quoniam videbo celos tuos
opera digitorum tuorum lunam et stellas
que tu fundasti. Quid est homo quod
memor es eius aut filius hominis quoniam visitas
eum. Minuisti eum paulominus ab
angelis gloria et honore coronasti eum
et constituisti eum super opera manuum
tuarum. Omnia subiecisti sub pedi
bus eius oves et boves universas insuper
et pecora campi. Volucres celi et pisces
maris qui perambulant semitas maris.
Domine dominus noster quam ad
mirabile est nomen tuum in universa
terra. Gloria. Antiphona. Benedicta tu in mulieri
bus et benedictus fructus ventris tui. Antiphona.
Sicut mirra electa. Psalmus.
Celi enarrant gloriam dei et opera
manuum eius annunciat firmamen
tum. Dies diei eructat verbum et nox

nocti indicat sciam. Non sunt loque
le neque sermones quorum non audiantur
voces eorum. In omnem terram exivit
sonus eorum: et in fines orbis terre verba
eorum. In sole posuit tabernaculum
suum et ipse tamquam sponsus proce
dens de thalamo suo. Exultavit ut
gygas ad currendam viam a summo
celo egressio eius. Et occursus eius
usque ad summum eius nec est qui se
abscondat a calore eius. Lex domini
immaculata convertens animas testimo
nium domini fidele sapientiam prestans
parvulis. Iusticie domini recte letificantes
corda preceptum domini lucidum illuminans
oculos. Timor domini sanctus permanet
in seculum seculi iudicia domini vera iusti
ficata in semetipsa. Desiderabilia
super aurum et lapidem preciosum mul
tum et dulciora super mel et favum. Etenim

nim seruus tuus custodit ea in custodi-
endis illis retribucio multa. Delicta
quis intelligit ab occultis meis munda
me et ab alienis parce seruo tuo. Si mei
non fuerint dominati tunc immaculatus e-
ro et emundabor a delicto maximo. Et e-
runt ut complaceant eloquia oris mei
et meditatio cordis mei in conspectu tuo
semper. Domine adiutor meus et re-
demptor meus. Gloria. Aña. Sicut mirra e-
lecta odorem dedi suauitatis sancta dei
genitrix. Aña. Ante thorum. Ps. D
Domini est terra et plenitudo eius
orbis terrarum et uniuersi qui habitant in eo
Quia ipse super maria fundauit eum et
super flumina preparauit eum. Quis
ascendit in montem domini aut quis sta-
bit in loco sancto eius. Innocens ma-
nibus et mundo corde qui non accepit in
uano animam suam nec iurauit in dolo

proximo suo. Hic accipiet benedicti
onem a dño et misericordiam a deo salutari suo
Hec est generatio querentium eum que
rentium faciem dei iacob. Attollite por
tas principes uestras et eleuamini por
te eternales et introibit rex glorie. Quis
est iste rex glorie dñs fortis et potens do
minus potens in prelio. Attollite por
tas principes uestras et eleuamini porte
eternales et introibit rex glorie. Quis
est iste rex glorie dñs uirtutum ipse est rex glorie.
Gloria patri. Aň. Ante thorum huius uir
ginis frequentate nobis dulcia cantica
dragmatis. ℣. Diffusa est gracia in labijs
tuis propterea benedixit te deus in eternum.
Pater noster. Et ne nos. Iube domne benedi
cere. Precibus et meritis beate marie uir
ginis et omnium sanctorum perducat nos dñs ad
regna celorum. Iube domne benedicere. Nos
cum prole pia benedicat uirgo maria. Amen.

IN omnibus requiem quesiui et in he
reditate dñi morabor. Tunc precepit et dixit m
creator omniū et qui creauit me requieuit i
tabernaculo meo. Et dixit in iacob inhita
et in israel hereditare et in electis meis mit
te radices. Tu autē dñe miserere nr̄i. Deo grā.
R. Sancta et īmaculata uirginitas quibꝫ te
laudibꝫ referam nescio. Quia quē celi ca
pere non poterant tuo gremio contulisti.
V. Benedicta tu in mulieribus et bene
dictus fructus uentris tui. Quia q̄. L. ii.
ET sic in syon firmata sum et in ciuitate
sanctificata similiter requieui et i
ihr̄lm potestas mea. Et radicaui in popu
lo honorificato et in ptes dei mei heredita
illius et in plenitudine sanctoꝝ detētio
mea. Tu autem dñe. R. Beata es maria
que dñm portasti creatorem mundi. Ge
nuisti qui te fecit et in eternum pmanes
uirgo. V. Aue maria gratia plena dñs

teaum. Genuisti qui Iube domne benedicere
Per virginem matrem concedat nobis
dominus salutem et pacem. Amen. Lectio iij.
Quasi cedrus exaltata sum in Liba-
no et quasi cypressus in monte
syon. Quasi palma exaltata sum in
cades et quasi plantatio rose in iherico.
Quasi oliva speciosa in campis Et quasi
platanus exaltata sum iuxta aquas
in plateis. Sicut cynamomum et bal-
samum aromatizans odorem dedi quasi
mirra electa dedi suavitatem odoris.
Tu autem. R. Felix namque es sacra vir-
go maria et omni laude dignissima.
Quia ex te ortus est sol iusticie xpc deus noster.
V. Ora pro populo interveni pro clero
intercede pro devoto femineo sexu sen-
tiant omnes tuum iuvamen quicumque
celebrant tuam commemorationem. Quia ex te.
Gloria patri et filio et spiritui sancto. Xpc deus noster. Ps.

Te deum laudamus te dominum
confitemur. Te eternum patrem
omnis terra veneratur. Tibi omnes
angeli tibi celi et universe potestates. Ti
bi cherubin et seraphin incessabili voce
proclamant. Sanctus. Sanctus.
Sanctus dominus deus sabaoth. Ple
ni sunt celi et terra maiestatis glorie tue.
Te gloriosus apostolorum chorus. Te
prophetarum laudabilis numerus. Te
martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum sancta confite
tur ecclesia. Patrem immense maies
tatis. Venerandum tuum verum et
unicum filium. Sanctum quoque
paraclitum spiritum. Tu rex glorie christe.
Tu patris sempiternus es filius. Tu
ad liberandum suscepturus hominem
non horruisti virginis uterum. Tu
devicto mortis aculeo aperuisti creden

Deus Ad laudes.
in adiutorium meum
intende. Domine ad adiu
vandum me festina. Gloria.
Ant. Assumpta est. Ps.
Dominus regnavit decorem indu
tus est indutus est dominus forti
tudinem et precinxit se. Etenim firma
vit orbem terre qui non commovebitur.
Parata sedes tua ex tunc a seculo tu es.
Elevaverunt flumina domine eleva
verunt flumina vocem suam. Eleva
verunt flumina fluctus suos, a vocibus
aquarum multarum. Mirabiles ela
tiones maris mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt
nimis domum tuam decet sanctitudo domine
in longitudinem dierum. Gloria. Ant. Assumpta
est maria in celum gaudent angeli lau
dantes benedicunt dominum. Ant. Maria virgo.

Iubilate deo omnis terra servite dño in
leticia. Introite in conspectu eius in
exultatione. Scitote qm̄ dñs ipse est
deus ipse fecit nos et non ipsi nos. Po
pulus eius et oves pascue eius introite
portas eius in confessione atria eius in
ymnis confitemini illi. Laudate no
men eius quoniam suavis est dñs in e
ternum mīa eius et usque in generatione
et generationem veritas eius. Gl'a pa.
An. Maria virgo assumpta est ad ethere
thalamum in quo rex regum stellato
sedet solio. An. In odorem. Ps.
Deus deus meus ad te de luce vigilo
Sitivit in te anima mea quam mul
tipliciter tibi caro mea. In terra deser
ta in via et inaquosa sic in sancto appa
rui tibi ut viderem virtutem tuam et
gloriam tuam. Quoniam melior ē
mīa tua super vitas labia mea laudabūt

te. Sic benedicam te in uita mea et in
nomine tuo leuabo manus meas. Si
cut adipe et pinguedine repleatur anima
mea et labiis exultationis laudabit os
meum. Si memor fui tui super stra
tum meum in matutinis meditabor
in te quia fuisti adiutor meus. Et
in uelamento alarum tuarum exultabo
adhesit anima mea post te me suscepit
dextera tua. Ipsi uero in uanum que
sierunt animam meam introibunt in
inferiora terre tradentur in manus gla
dii partes uulpium erunt. Rex uero
letabitur in deo laudabuntur omnes qui
iurant in eo quia obstructum est os lo
quentium iniqua. Gloria. Ps.
Deus misereatur nostri et benedicat
nobis illuminet uultum suum super
nos et misereatur nostri. Ut cognosca
mus in terra uiam tuam in omnibus gentibus

salutare tuum. Confiteantur tibi po
puli deus confiteantur tibi populi oes
Letentur et exultent gentes qm iudicas
populos in equitate et gentes in tra dirigis
Confiteantur tibi populi deus confite
antur tibi populi omnes tra dedit fruc
tum suum. Benedicat nos deus nost
benedicat nos deus et metuant eum oes
fines terre. Gla. an. In odorem unguento
rum tuorum currimus adolescentule di
lexerunt te nimis. an. Benedicta filia. ps.
Benedicite omnia opera dni dno lau
date et superexaltate eum in scla. Be
nedicite angeli domini domino bened ce
li dno. Bened aque omnes que super ce
los sunt domino bened ois virtutes do
mini domino. Bened sol et luna dno
bened stelle celi dno. Bened ymbr
et ros domino bened ois sps dei domino.
Bened ignis et estus domino bened fri

gus et estas domino. Bened' rores et
pruina domino bened' gelu et frigus do
mino. Bened' glacies et nives domino
bened' noctes et dies domino. Bened'
lux et tenebre domino bened' fulgura et
nubes domino. Benedicat terra dnm
laudet et superexaltet eum in secula. Be
ned' montes et colles dno bened' universa
germinantia in terra dno. Bened' fon
tes domino benedicite maria et flumina dno
Bened' cete et omnia que moventur in
aquis domino bened' omnes volucres ce
li domino. Bened' omnes bestie et peco
ra domino bened' filii hominum domino
Benedicat israel dominum laudet et su
perexaltet eum in secula. Benedica
te sacerdotes domini dno bened' servi dni
domino. Benedicite spiritus et anime ius
torum domino bened' sancti et humiles corde do
mino. Benedicite anania azaria mi

sael domino laudate et sup exaltate eum
in secula. Benedicamus patrem et filium
cum sancto spiritu laudemus et sup
exaltemus eum in secula. Benedic
tus es domine in firmamento celi lau
dabilis et gloriosus et super exaltatus in
secula. Amen. An. Benedicta filia tu a
domino quia per te fructum vite commu
nicavimus. An. Pulcra es. Ps.
Laudate dominum de celis laud
eum in excelsis. Laudate eum ange
li eius laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum sol et luna laudate e
um omnes stelle et lumen. Laud
eum celi celorum et aque omnes que
super celos sunt laudent nomen domini.
Quia ipse dixit et facta sunt ipse man
davit et creata sunt. Statuit ea in
seculum et in seculum seculi precep
tum posuit et non preteribit. Lau

date dominum de terra dracones et
omnes abissi. Ignis grando nix
glacies spiritus procellarum que faci
unt verbum eius. Montes et omnes
colles ligna fructifera et omnes cedri.
Bestie et universa pecora serpentes et
volucres pennate. Reges terre et omnes
populi principes et omnes iudices terre.
Iuvenes et virgines senes cum iuni
oribus laudent nomen domini quia
exaltatum est nomen eius solius. Con
fessio eius super celum et terram et ex
altavit cornu populi sui. Ymnus
omnibus sanctis eius filijs israhel
populo appropinquanti sibi.
Cantate domino canticum no
vum laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit eum et
filie syon exultent in rege suo. Lau
dent nomen eius in choro in tympa

no i psalterio psallant ei. Quia be
neplacitum est domino in populo suo et
exaltavit mansuetos in salutem. Ex
ultabunt sancti in gloria letabuntur in
cubilibus suis. Exaltationes dei in gut
ture eorum et gladii ancipites in manibus
eorum. Ad faciendam vindictam in na
tionibus increpationes in populis. Ad
alligandos reges eorum in compedibus
et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut
faciant in eis iudicium conscriptum glo
ria hec est omnibus sanctis eius.
Laudate dominum in sanctis eius lau
date eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius lau
date eum secundum multitudinem
magnitudinis eius. Laudate eum
in sono tube laudate eum in psalterio
et cythara. Laud eum in tympano et
choro laudate eum in cordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus
laudate eum in cymbalis iubilationis
omnis spiritus laudet dominum. Gloria patri. An.
Pulchra es et decora filia iherusalem terribilis
ut castrorum acies ordinata. Cap.
Viderunt eam filie syon et beatissimam
predicaverunt et regine laudaverunt
eam. Deo gratias. Ymnus.
O gloriosa domina excelsa super sidera
qui te creavit provide lactasti sacro ubere.
Quod eva tristis abstulit tu reddis al
mo germine intrent ut astra flebiles
celi fenestra facta es. Tu regis alti ianu
a et porta lucis fulgida vitam datam per virgi
nem gentes redempte plaudite. Maria
mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste
protege in hora mortis suscipe. Gloria ti
bi domine qui natus es de virgine. Vers.
Benedicta tu in mulieribus et benedic
tus fructus ventris tui. An. Beata dei. Ps.

Benedictus dñs deus israel quia vi
sitauit et fecit redemptionem ple
bis sue. Et erexit cornu salutis no
bis in domo dauid pueri sui. Sicut
locutus est per os sanctorum qui a sclō
sunt prophetarum eius. Salutem
ex inimicis nostris et de manu oīm qui
oderunt nos. Ad faciendam mīam
cum patribus nostris et memorari tes
tamenti sui sancti. Iusiurandū
quod iurauit ad abraham patrem nos
trum daturum se nobis. Ut sine ti
more de manu inimicorum nos
trorum liberati seruiamus illi. In
sanctitate et iusticia coram ipso oībz
diebus nostris. Et tu puer ppha
altissimi uocaberis preibis enim aī
faciem dñi parare uias eius. Ad dan
dam scientiam salutis plebi eius in
remissionem peccatorum eorū. Per.

uiscera misericordie dei nostri in quibus
uisitauit nos oriens ex alto. Illuminare
hiis qui in tenebris et in umbra mortis
sedent ad dirigendos pedes nostros in uiam
pacis. Gloria patri. Ant. Beata dei geni
trix maria perpetua templum domini
sacrarium spiritus sancti sola sine
exemplo placuisti domino ihesu christo ora
pro populo interueni pro clero intercede
pro deuoto femineo sexu. Kyrieleison.
Christeleison. Kyrieleison. Domine exaudi.
Deus qui de beate marie uirginis. Oratio.
utero uerbum tuum angelo nun
ciante carnem suscipere uoluisti presta
supplicibus tuis ut qui uere eam dei ge
nitricem credimus eius apud te inter
cessionibus adiuuemur. Per dominum.
Ant. Sancti dei omnes intercedere digne
mini pro nostra omniumque salute. V. Letamini
in domino et exultate iusti. Et gloriamini

Diamini omnes recti corde. Dne. Oro.
Protege domine populum tuum et a
postolorum tuorum petri et pauli et aliorum
apostolorum patrocinio confidentem p
perpetua defensione conserva. Dne. Oro.
Omnes sancti tui quesumus dne nos
ubique adiuvent ut dum eorum me
rita recolimus patrocinia sentiamus. Oro.
Et pacem tuam nostris concede tem
poribus et ab ecclesia tua cunctam
repelle nequitiam iter actus et volunta
tes nostras et omnium famulorum tuorum in
salutis tue prosperitate dispone benefac
toribus nostris sempiterna bona retribu
as et omnibus fidelibus defunctis requie
eternam concede. Per dnm nrm. Vt su.
Benedicamus domino. Deo gratias.

Deus Ad primam.
in adiutorium meum
intende. Domine ad
adiuvandum me fes-
tina. Gloria patri. ys.

Memento salutis auctor quod nostri
quondam corporis ex illibata virgi-
ne nascendo formam sumpseris. Ma-
ria mater gratie mater misericordie tu nos ab hos-
te protege in hora mortis suscipe. Glori-
a tibi domine qui natus es de virgine cum
patre et sancto spiritu in sempiterna se-
cula. Amen. An. Assumpta est. Ps.

Deus in nomine tuo salvum me
fac et in virtute tua iudica me. Deus
exaudi orationem meam auribus per-
cipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrex-
erunt adversum me et fortes quesierunt
animam meam et non proposuerunt deum
ante conspectum suum. Ecce enim deus

adiuuat me et dñs susceptor ẽ aĩe mee.
Auerte mala inimicis meis et in ueri
tate tua disp̄de illos. Voluntarie sacri
ficabo et confitebor nomini tuo dñe q
niã bonũ est. Ex omni tribulatione eripui
sti me et sup̄ inimicos meos despexit ocłs ms.
Benedixisti dñe terram tuam auertisti
captiuitatem iacob. Remisisti ini
quitatem plebis tue operuisti oĩa pctã eo
rum. Mitigasti omnem irã tuã auertisti ab i
ra indignationis tue. Conuerte nos
deus salutaris noster et auerte iram tuã
a nobis. Numquid in eternum iras
ceris nobis aut extendas iram tuam a
generatione in generationem. Deus
tu conuersus uiuificabis nos et plebs
tua letabitur in te. Ostende nobis dñe
mĩam tuam et salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dñs ds
qm̃ loquetur pacem in plebem suã. Et

sup sanctos suos ꝛ in eos qui conuertuntur
ad cor. Ueruntamen propter timen
tes eum salutare ipsius ut inhitet gloria
in terra nostra. Misericordia ꝛ veritas
obuiauerunt sibi iusticia ꝛ pax osculate sunt.
Ueritas de terra orta est ꝛ iusticia de celo
prospexit. Etenim dominus dabit benigni
tatem et terra nostra dabit fructum suum.
Iusticia ante eum ambulabit ꝛ ponet
in via gressus suos. Gloria patri. Ps.
Laudate dominum omnes gentes laud
ate eum omnes populi. Quoniam confirmata est
super nos misericordia eius ꝛ veritas domini ma
net in eternum. Gloria patri. Aña. Assumpta
est maria in celum gaudent angeli
laudantes benedicunt dominum. Cap.
Que est ista que progreditur quasi
aurora consurgens pulcra ut lu
na electa ut sol terribilis ut castrorum
acies ordinata. Deo gratias. ℟. Digna

te me laudare te uirgo sacrata da michi
uirtutem contra hostes tuos. Kyrieleison.
Christeleison. Kyrieleison. Domine exaudi. Oro.
Deus qui uirginalem aulam beate
Marie [illegible] in qua habitares eli
gere dignatus es da quesumus ut sua nos defen
sione munitos ioc̄undos facias sue interes
se commemoracioni. Qui uiuis. Ant.
Sancti dei omnes. V. Letamini in. Oro.
Exaudi nos deus salutaris noster et a
postolorum tuorum petri et pauli et
aliorum apostolorum nos tuere presidiis
quorum donasti fideles esse doctrines. Per d.
Omnes sancti tui quesumus. Oratio.
Da pacem tuam nobis. Vide. Oratio
Benedicamus domino. Deo gratias.

Deus Ad terciam.
in adiutorium meum
intende. Domine ad ad
iuvandum me festina
Gloria patri. Ys.
Memento salutis auctor quod nostri.
Maria mater gracie mater. [illegible]
Gloria tibi domine. Aña. Maria virgo.
Ad dominum cum tribularer. Ps.
clamavi et exaudivit me.
Domine libera animam meam a
labiis iniquis et a lingua dolosa. Quid
detur tibi aut quid apponatur tibi ad
linguam dolosam. Sagitte potentis
acute cum carbonibus desolatoriis. Heu
michi quia incolatus meus prolonga
tus est habitavi cum habitantibus ce
dar multum incola fuit anima mea. Cum
hiis qui oderunt pacem eram pacificus
cum loquebar illis impugnabant me gratis

Levavi oculos meos in montes: un
de veniet auxilium michi. Aux
ilium meum a domino qui fecit celum
et terram. Non det in commotione
pedem tuum neque dormitet qui custo
dit te. Ecce non dormitabit neque dor
miet qui custodit israel. Dominus
custodit te dominus protectio tua sup
manum dexteram tuam. Per diem
sol non uret te neque luna per noctem. Do
minus custodit te ab omni malo custo
diat animam tuam dominus. Dominus cus
todiat introitum tuum et exitum tuum
ex hoc nunc et usque in seculum. Gloria. ps.
Letatus sum in hiis que dicta sunt
michi in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri in atriis
tuis iherusalem. Iherusalem que e
dificatur ut civitas cuius participatio
eius in idipsum. Illuc enim ascen

ascenderunt tribus tribus domini testimoniu
israel ad confitendum nomini dni.
Quia illic sederunt sedes in iudicio se
des sup domum david. Rogate que
ad pacem sunt ierusalem et habun
dantia diligentibus te. Fiat pax i
virtute tua i habundantia in turrib;
tuis. Propt fr̃es meos i proximos me
os loquebar pacem de te. Propt domu
dni nr̃i quesivi bona tibi. Glã. Aña.
Virgo assumpta est ad ethereum thalam̃
i quo rex regum stellato sedet solio.
Et sic in syon firmata sum i cap.
in civitate sanctificata simili
ter requievi i in ihrlm potestas mea.
Deo gratias. R. Diffusa est gratia i
labiis tuis, ppterea benedixit te deus
in eternum. Al. ypl. Al. Dne ex. oro.
Deus qui salutis eterne bte marie
virginitate fecunda huio generi

premia prestitisti tribue qs ut ipsam
pro nobis intercedere sentiamus per q̄
meruimus auctorem vite suscipe. Per.
A Sancti dei omnes. V Letamini in dño.
Protege domine populum. Ora.
Omnes sancti tui quesumus. Ora.
Et pacem tuam nostris ut s. Ora.
Benedicamus domino. Deo gratias.

Deus Ad sextam.
in adiutorium meum in
tende. Domine ad adiu
uandum me festina.
Gloria patri. Ymnus.
Memento salutis auctor quod nostri.
Maria mater gracie mater. Ut supra
Gloria tibi domine. Ant. In odorem. Ps.
Ad te leuaui oculos meos qui habitas
in celis. Ecce sicut oculi seruoru
in manibus dominorum suorum. Sicut
oculi ancille in manibus domine sue ita
oculi nostri ad dominum deum nostrum donec
misereatur nostri. Miserere nostri domine
miserere nostri quia multum repleti
sumus despectione. Quia multum re
pleta est anima nostra opprobrium ha
bundantibus et despectio superbis. Gloria.
Nisi quia dominus erat in nobis. Ps.
Dicat nunc israel nisi quia dominus e

erat in nobis. Cum exurgerent hoĩes i
nos forte uiuos deglutissent nos. Cu
irasceretur furor eorum in nos forsitan aq
absorbuisset nos. Torrentem ptransi
uit anima nr̃a forsitan ptransisset aĩa
nostra aquam intollerabilem. Bene
dictus dominus qui non dedit nos in cap
tione dentibus eorum. Anima nostra
sicut passer erepta est de laqueo uenantiũ.
Laqueus contritus est et nos liberati su
mus. Adiutorium nostrum in nomĩe
domini qui fecit celum et terram. Gla.
Qui confidunt in domino sicut Ps.
mons syon non commouebitur
in eternum qui habitat in ihrusalem. Mo
tes in circuitu eius et dn̄s in circuitu ppli
sui ex hoc nunc et usque in seculum. Qa
non relinquet dn̄s uirgam pctõr super
sortem iustorũ ut non extendant iusti
ad iniquitatem manus suas. Bene.

fac domine bonis et rectis corde. Decli
nantes autem in obligationes adducet
dominus cum operantibus iniquitatem pax su-
per israel. Gloria. Aña. In odorem ungentorum tuorum cur-
rimus adolescentule dilexerunt te nimis.

Et radicaui in populo honori- Cap.
ficato et in partes dei mei hereditas
illius et in plenitudine sanctorum de-
tentio mea. Deo gratias. ℣. Benedicta
tu in mulieribus et benedictus fructus ven-
tris tui. Kyrie el. Christe el. Kyrieleison.

Domine exaudi. Oremus. Oro.
Concede misericors deus fragilita-
ti nostre presidium ut qui sancte dei ge-
nitricis memoriam agimus intercel-
sionis eius auxilio a nostris iniquitati-
bus resurgamus. Per dominum nostrum. vt s.

Aña. Sancti dei omnes. ℣. Letamini in domino.
Exaudi nos deus salutaris. Oro.
Omnes sancti tui quesumus. Oro.

Et pacem tuam nostris concede. vrs.
Benedicamus domino. Deo gratias.

Deus ad nonam.
in adiutorium meum
intende. Domine ad
adiuuandum me fes
tina. Gloria patri. Ps.
Memento salutis auctor quod nostri.
Maria mater gratie mater. Ut supra.
Gloria tibi domine. An. Pulchra es. Ps.
In conuertendo dominus captiui
tatem syon facti sumus sicut con
solati. Tunc repletum est gaudio os
nostrum et lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes magnifica
uit dominus facere cum eis. Magni
ficauit dominus facere nobiscum facti
sumus letantes. Conuerte domine
captiuitatem nostram sicut torrens in austro.
Qui seminant in lacrimis in exulta
tione metent. Euntes ibant et flebant
mittentes semina sua. Venientes

autem venient cum exultatione portã-
tes manipulos suos. Gloria patri. ps.
Nisi dominus edificauerit domũ in
vanum laborauerunt qui edificant eã.
Nisi dominus custodierit ciuitatẽ frus-
tra vigilat qui custodit eam. Vanum ẽ
nobis ante lucem surgere surgite postq̃
sederitis qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis sompnum
ecce hereditas domini filii merces fructus
uentris. Sicut sagitte in manu potẽ-
tentis ita filii excussorum. Beatus uir
qui impleuit desiderium suum ex ipsis
non confundetur cum loquetur inimi-
cis suis in porta. Gloria patri. ps.
Beati omnes qui timent dñm qui
ambulant in uijs eius. Labores
manuum tuarum quia manducabis
beatus es et bene tibi erit. Uxor tua si-
cut vitis habundans in lateribus domus tue.

Filij tui sicut novelle olivarum in circ
cuitu mense tue. Ecce sic benedicetur
homo qui timet dominum. Benedi
cat tibi dominus ex syon et videas bona
iherusalem omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorum tuorum
pacem super israel. Gloria patri. an. Pulc
es et decora filia ihrlm terribilis ut castro
rum acies ordinata. Cap.
In plateis sicut cynamomum et balsa
mum aromatizans odorem dedi quasi mirra
electa dedi suavitatem odoris. Deo gratias. V.
Post partum virgo inviolata permansisti
dei genitrix intercede pro nobis. Kyriel.
Christel. Kyriel. Dne exaudi. Oro.
Famulorum tuorum qs dne delictis ignosce
ut qui tibi placere de actibus nris non
valemus genitricis filij tui domini nri
intercessione salvemur. Per dnm. an.
Sancti dei omnes. V. Letamini in dno.

Presta quesumus omnipotens deus
ut nullus nos permittas perturba-
tionibus concuti quos in apostolice con-
fessionis petra solidasti: Per. Oratio.
Omnes sancti tui quesumus domine b. Oratio.
Da pacem tuam nostris. Ut supra.
Benedicamus domino. Deo gratias.

Deus Ad vesperas.
in adiutorium meum in
tende. Domine ad ad
iuvandum me festina.
Gloria. Ant. Dum esset.
Dixit dominus domino meo sede a
dextris meis. Donec ponam in
imicos tuos scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tue emittet dominus ex
syon dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tue
in splendoribus sanctorum ex utero an
te luciferum genui te. Iuravit dominus
et non penitebit eum tu es sacerdos in e
ternum secundum ordinem melchisedech.
Dominus a dextris tuis confregit in die ire
sue reges. Iudicabit in nationibus
implebit ruinas conquassabit capita
in terra multorum. De torrente in via
bibet propterea exaltabit caput. Gloria.

a. Dum esset rex in accubitu suo nar
dus mea dedit odorem suavitatis. ps.
Laudate pueri dominum. laudate eius.
laudate nomen dñi. Sit nomẽ
domini benedictum ex hoc nunc et usqz
in seculum. A solis ortu usqz ad oc
casum laudabile nomen dñi. Ex
celsus super omnes gentes dñs et sup
celos gloria eius. Quis sicut dñs
deus noster qui in altis habitat et humi
lia respicit in celo et in terra. Susci
tans a terra inopem et de stercore erigens
pauperem. Ut collocet eum cum prĩ
cipibus cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo
matrem filiorum letantem. Gloria.
a. Leva eius sub capite meo et dextera
illius amplexabitur me. a. Nigra.
Letatus sum in hiis que dicta. s.
a. Nigra sum sed formosa filia ihrlm

ideo dilexit me rex et introduxit me in
cubiculum suum. A' Jam hyemps.
Nisi dñs edificauerit domũ. vt sũ.
A' Jam hyemps transijt ymber abijt et re
cessit surge amica mea et ueni. A' Spã.
Lauda ierusalem dñm lauda deũ
tuum syon. Quoniam confortauit
seras portarum tuarum benedixit filijs tu
is in te. Qui posuit fines tuos pacẽ et
adipe frumenti saciat te. Qui emit
tit eloquium suũ terre uelociter currit
sermo eius. Qui dat niuem sicut la
nã et nebulam sicut cinerẽ spargit. Mit
tit cristallũ suũ sicut buccellas ante fa
ciẽ frigoris eius quis sustinebit.
mittit uerbũ suũ et liquefaciet ea flabit
spũs eius et fluent aque. Qui annun
ciat uerbũ suũ iacob iusticias et iudi
cia sua israel. Non fecit taliter omni
nationi et iudicia sua nõ manifesta

uirtus. Gl'a. A'. Speciosa facta es ⁊ suauis
tius scā dei genitrix. Capitulum.
Ab initio ⁊ añ secula creata sum usque
ad futurum seculum non desinam et in habita
tione sancta coram ipso ministraui. Deo grās.
Aue maris stella dei mater alma. Ym.
Atque semp uirgo felix celi porta. Su
mens illud aue gabrielis ore funda nos i
pace mutans nomen eue. Solue uin
cula reis profer lumen cecis mala nostra
pelle bona cuncta posce. Monstra te esse
matrē sumat p te preces qui p nobis nat'
tulit esse tuus. Uirgo singularis inter
omnes mitis nos culpis solutos mites fac
⁊ castos. Uitam presta purā iter para tutū
ut uidentes ihm semp collectemur. Sit
laus deo prī summo xpo decus spuī scō
honor tribus ⁊ unus. Amen. V. Diffusa
est gratia in labijs tuis propterea benedixit
te deus in eternum. A'. Beata mater. Ps.

Magnificat anima mea dominum.
Et exultavit spiritus meus
in deo salutari meo. Quia respexit hu
militatem ancille sue ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit magna qui potens est et
sanctum nomen eius. Et misericordia eius
a progenie in progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo disp
sit superbos mente cordis sui. Depo
suit potentes de sede et exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis et divites
dimisit inanes. Suscepit israel puerum
suum recordatus misericordie sue. Sicut locu
tus est ad patres nostros abraham et se
mini eius in secula. Gloria patri. An.
Beata mater et innupta virgo gloriosa
regina mundi intercede pro nobis ad
dominum. Kyrieleison. Christeleison.
Kyriel. Domine exaudi. Oremus. Oro.

Concede nos famulos tuos qs dne deus noster perpetua mentis et corporis salute gaudere et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. Per. a. Sancti dei. V. Letamini in dno.
Protege domine populum. oratio.
Omnes sancti tui qs domine oratio.
Et pacem tuam nostris diebus. oratio.
Benedicamus domino. Deo gratias.

nium populorum. Lumen ad reue
lationem gentium et gloriam plebis
tue israel. Gloria patri. A. Sub tuum
presidium confugimus sancta dei geni
trix nostras deprecationes ne despicias i
necessitatibus sed a periculis cunctis li
bera nos semper virgo gloriosa et benedicta
kyriel. christel. kyriel. Dne exaudi. oro.
Beate et gloriose semper que virginis
marie quesumus domine intercel
sio gloriosa nos protegat et ad vitam e
ternam pducat. Per xpm dnm nrm. A.
A. Sancti dei oms. V. Letamini in dno. oro.
Exaudi nos deus salutaris noster. oro.
Omnes sancti tui quesumus dne. oro.
Et pacem tuam nostris con cede. oro.
Benedicamus domino. Deo gratias.

Salue regina misericordie uita dul
cedo et spes nostra salue ad te cla
mamus exules filij eue ad te suspiram'
gementes et flentes in hac lacrimarum
ualle. Eya ergo aduocata nostra illos tu
os misericordes oculos ad nos conuerte
et ihm benedictum fructum uentris
tui nobis post hoc exilium ostende. O
clemens. O pia. O dulcis uirgo maria
Aue maria gratia plena dns tecu. oro.
Omnipotens sempiterne deus qui
gloriose uirginis et matris marie
corpus et animam ut dignum filij tui
habitaculum effici mereretur spu sanc
to cooperante mirabiliter preparasti
da ut cuius commemoratione letamur
eius pia intercessione ab instantibus
malis et a morte perpetua liberemur.
Per xpm dnm nrm Amen.

Incipiunt. vii. psalmi penitentiales.

Domine ne in furore tuo
arguas me neque in ira tu
a corripias me. Miserere
mei domine quoniam
infirmus sum sana me
dne quia conturbata sunt oia ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed
tu domine usquequo. Convertere dne
et eripe animam meam salvum me fac
propter misericordiam tuam. Quoniam non
est in morte qui memor sit tui in inferno
autem quis confitebitur tibi. Labo
ravi in gemitu meo lavabo per singulas
noctes lectum meum lacrimis meis stra
tum meum rigabo. Turbatus est a
furore oculus meus inveteravi i
nter omnes inimicos meos. Discedite
a me omnes qui operamini iniquitatem
quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit d͞ns deprecationem meã
d͞ns orationem meam suscepit. Eru
bescant et conturbentur uehementer oēs
inimici mei conuertantur et erubescãt
ualde uelociter. Gloria patri. ps.
Beati quorum remisse sunt iniqui
tates ⁊ quorum tecta sunt peccata. Beatus
uir cui non imputauit d͞ns peccatũ
nec est in spiritu eius dolus. Quonĩ ta
cui inueterauerunt ossa mea dũ cla
marem tota die. Quoniam die ac nocte g
uata est sup me manus tua conuersus
sum in erumpna mea dũ configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci ⁊
iniusticiam meam non abscondi. Dixi
confitebor aduersum me iniusticiã
meam domino et tu remisisti impie
tatem peccati mei. Pro hac orabit
ad te omnis sanctus in tempore oportu
no. Uerumtamen in diluuio aquarum

tates meas dele. Cor mundum crea
in me deus et spiritum rectum innova
in visceribus meis. Ne proiicias me
a facie tua et spiritum sanctum tuum ne
auferas a me. Redde michi leticiam
salutaris tui et spiritu principali confirma
me. Docebo iniquos vias tuas et impii
ad te convertentur. Libera me de san-
guinibus deus deus salutis mee et exal-
tabit lingua mea iusticiam tuam. Domine
labia mea aperies et os meum annun-
tiabit laudem tuam. Quoniam si voluisses
sacrificium dedissem utique holocaustis
non delectaberis. Sacrificium deo spiritus
contribulatus cor contritum et humiliatum
deus non despicies. Benigne fac domine in
bona voluntate tua syon ut edificentur
muri ierusalem. Tunc acceptabis sacrifi-
cium iusticie oblationes et holocausta
tunc imponent super altare tuum vitulos.

Domine exaudi orationem meam
et clamor meus ad te veniat. Non
avertas faciem tuam a me in quacumque
die tribulor: inclina ad me aurem tuam.
In quacumque die invocavero te velo
citer exaudi me. Quia defecerunt sicut
fumus dies mei et ossa mea sicut cremi
um aruerunt. Percussus sum ut fe
num et aruit cor meum quia oblitus
sum comedere panem meum. A voce
gemitus mei adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pellicano solitudi
nis factus sum sicut nicticorax in domici
lio. Vigilavi et factus sum sicut pas
ser solitarius in tecto. Tota die expro
brabant michi inimici mei et qui lauda
bant me adversum me iurabant. Quia
cinerem tamquam panem manduca
bam et poculum meum cum fletu mis
cebam. A facie ire indignationis tu

multarum ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione
que circumdedit me exultatio mea erue
me a circumdantibus me. Intellectum
tibi dabo et instruam te in via hac qua
gradieris firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus qui
bus non est intellectus. In chamo et
freno maxillas eorum constringe qui non
approximant ad te. Multa flagella
peccatoris sperantem autem in domino misericordia
circumdabit. Letamini in domino et exul
tate iusti et gloriamini omnes recti corde.
Domine ne in furore tuo arguas
me neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt michi et con
firmasti super me manum tuam. Non
est sanitas in carne mea a facie ire tue
non est pax ossibus meis a facie peccatorum
meorum. Quoniam iniquitates mee super

grosse sunt caput meum ⁊ sicut onus
grave gravate sunt sup me. Putruerunt
⁊ corrupte sunt cicatrices mee a facie insi
piencie mee. Miser factus sum ⁊ curva
tus sum usq; in finem tota die contrista
tus ingrediebar. Quoniam lumbi mei im
pleti sunt illusionibus ⁊ non est sanitas
in carne mea. Afflictus sum ⁊ humilia
tus sum nimis rugiebam a gemitu cordis
mei. Domine ante te omne desideriu͞
meum et gemitus meus a te non ē ab
sconditus. Cor meum conturbatu͞ ē
dereliquit me virtus mea ⁊ lumē oculoꝝ
meoꝝ ⁊ ipm non est mecum. Amici
mei et proximi mei adversum me ap
propinquaverunt ⁊ steterunt. Et qui
iuxta me erant de longe steterunt ⁊ vi
faciebant qui querebant aiam meā.
Et qui inquirebant mala michi lo
cuti sunt vanitates et dolos tota die

meditabantur. Ego autem tamquam
surdus non audiebam et sicut mutus
non aperiens os suum. Et factus
sum sicut homo non audiens et non
habens in ore suo redargutiones. Quoniam
in te domine speravi tu exaudies me do-
mine deus meus. Quia dixi nequando
super gaudeant michi inimici mei et
dum commoventur pedes mei super me
magna locuti sunt. Quoniam ego in fla-
gella paratus sum et dolor meus in conspectu
meo semper. Quoniam iniquitatem meam annun-
tiabo et cogitabo pro peccato meo. Inimici
autem mei vivunt et confirmati sunt super
me et multiplicati sunt qui oderunt me
inique. Qui retribuunt mala pro bo-
nis detrahebant michi quoniam sequebar bonita-
tem. Ne derelinquas me domine deus meus
ne discesseris a me. Intende in adiu-
torium meum domine deus salutis mee. Gloria.

Miserere mei deus secundum magnam
misericordiam tuam. Et secundum
multitudinem miserationum tuarum
dele iniquitatem meam. Amplius
laua me ab iniquitate mea et a pecca
to meo munda me. Quoniam iniqui
tatem meam ego cognosco et peccatum
meum contra me est semper. Tibi so
li peccaui et malum coram te feci ut iusti
ficeris in sermonibus tuis et uincas cum
iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum et in peccatis concepit
me mater mea. Ecce enim ueritatem
dilexisti incerta et occulta sapientie tue
manifestasti michi. Asperges me do
mine ysopo et mundabor lauabis me et
super niuem dealbabor. Auditui meo
dabis gaudium et leticiam et exulta
bunt ossa humiliata. Auerte faciem
tuam a peccatis meis et omnes iniqui

e quia eleuans allisisti me. Dies mei
sicut umbra declinauerunt et ego sicut
fenum arui. Ego autem domine in et-
ernum permanes et memoriale tuum in ge-
neratione et generatione. Tu exurges
domine misereberis syon quia tempus mi-
serendi eius quia uenit tempus. Quoniam
placuerunt seruis tuis lapides eius et terre
eius miserebuntur. Et timebunt gen-
tes nomen tuum domine et omnes reges terre
gloriam tuam. Quia edificauit dominus
syon et uidebitur in gloria sua. Respex-
it in orationem humilium et non spreuit pre-
cem eorum. Scribantur hec in genera-
tione altera et populus qui creabitur
laudabit dominum. Quia prospexit de excel-
so sancto suo dominus de celo in terram aspexit
Ut audiret gemitus compeditorum ut
solueret filios interemptorum. Ut annun-
cient in syon nomen domini et laudem eius

in iherusalem. In conueniendo po
pulos in unum et reges ut seruiant dño
Respondit ei in uia uirtutis sue pauci
tatem dierum meorum nuntia michi. Ne
reuoces me in dimidio dierum meorum in
generatione et generationem anni tui
Inicio tu domine terram fundasti et
opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi
peribunt tu autem permanes et omnes
sicut uestimentum ueterascent. Et
sicut opertorium mutabis eos et mutabu
tur tu autem idem ipse es et anni tui nõ de
ficient. Filii seruorum tuorum habitabũt
et semen eorum in seculum dirigetur. Gloria.
De profundis clamaui ad te dñe do
mine exaudi uocem meã. Fiant
aures tue intendentes in uocem deprecationis
mee. Si iniquitates obseruaueris do
mine domine quis sustinebit. Quia
apud te propiciatio est et propter legẽ

tuam sustinui te domine. Sustinuit
anima mea in verbo eius speravit ani
ma mea in domino. A custodia matuti
na usque ad noctem speret israel in dno.
Quia apud dominum mia et copiosa a
pud eum redemptio. Et ipse redimet
israel ex omnibus iniquitatibus eius.
Domine exaudi orationem meam
auribus percipe obsecrationem meam in
veritate tua exaudi me in tua iusticia.
Et non intres in iudicium cum servo
tuo quia non iustificabitur in conspec
tu tuo omnis vivens. Quia persecutus
est inimicus animam meam humilia
vit in terra vitam meam. Colloca
vit me in obscuris sicut mortuos seculi.
anxiatus est super me spiritus meus in me
turbatum est cor meum. Memor fui
dierum antiquorum meditatus sum
in omnibus operibus tuis in factis manuum

tuarum meditabar. Expandi manus
meas ad te anima mea sicut terra sine
aqua tibi. Velociter exaudi me dñe
quia defecit spiritus meus. Non avertas
faciem tuam a me et similis ero descen
dentibus in lacum. Auditam fac m
mane misericordiam tuam quia in te speravi.
Notam fac michi viam in qua ambu
lem quia ad te levavi animam meam.
Eripe me de inimicis meis dñe ad te cõ
fugi doce me facere voluntatem tuam
quia deus meus es tu. Spiritus tu9
bonus deducet me in terram rectã ppter
nomen tuum dñe vivificabis me in e
quitate tua. Educes de tribulatione
animam meam et in misericordia tua disperdes
omnes inimicos meos. Et perdes oẽs
qui tribulant animam meam qm̃ ego
Servus tuus sum. Gloria. Letanye.
Kyrieleison. Xpeleison. Kyrieleison.

Christe audi nos. Pater de celis deus miserere nobis. Fili redemptor mundi deus miserere nobis. Spiritus sancte deus miserere nobis. Sancta trinitas unus deus miserere nobis.

Sancta maria ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancta dei genitrix ora.
Sancte michael ora.
Sancte gabriel ora.
Sancte raphael ora.
Omnes sancti angeli et archangeli orate.
Sancte iohannes baptista ora.
Omnes sancti patriarche et prophete orate.
Sancte petre ora.
Sancte paule ora.
Sancte andrea ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte iohannes ora.
Sancte thoma ora.

Sancte iacobe ora
Sancte philippe ora
Sancte bartolomee ora
Sancte mathee ora
Sancte symon ora
Sancte thadee ora
Sancte mathia ora
Sancte barnaba ora
Sancte luca ora
Sancte marce ora
Omnes sancti apostoli et euangeliste orate
Omnes sancti discipuli domini orate
Omnes sancti innocentes orate
Sancte stephane ora
Sancte line ora
Sancte clete ora
Sancte clemens ora
Sancte corneli ora
Sancte laurenti ora
Sancte uincenti ora

Sancte fabiane Or
Sancte sebastiane Or
Sancte iohannes Or
Sancte paule Or
Sancte cosma Or
Sancte damiane Or
Sancte geruasi Or
Sancte prothasi Or
Sancte blasi Or
Oēs scī martyres Or
Sancte siluester Or
Sancte leo Or
Sancte gregori Or
Sancte ambrosi Or
Sancte ieronime Or
Sancte augustine Or
Sancte nicolae Or
Sancte martine Or
Sancte leonarde Or
Sancte bernarde Or

Sancte remigi — or.
Sancte dominice — or.
Omnes sci confessores — or.
Sancta magdalena — or.
Sancta maria egipt. — or.
Sancta felicitas — or.
Sancta perpetua — or.
Sancta aghata — or.
Sancta agnes — or.
Sancta clara — or.
Sancta anna — or.
Sancta margareta — or.
Sancta barbara — or.
Sancta katerina — or.
Sancta iuliana — or.
Sancta elisabeth — or.
Sancta ursula — or.
Sancta petronilla — or.
Sancta gertrudis. — or.
Omnes sci i sce dei. — or.

Propicius esto libera nos domine. Ab
omni malo lib. Ab omni pctõ lib. Ab
ira tua lib. A spũ fornicationis lib.
fulgure et tempestate lib. A morte ppetu
a lib. Per aduentum tuum lib. Per
natiuitatem tuã lib. Per baptismũ tu
um lib. Per sanctũ ieiuniũ tuum lib.
Per crucem et passionẽ tuã lib. Per mor
tem et sepulturam tuã lib. Per resurrecti
onem tuam lib. Per admirabilẽ ascen
sionem tuã lib. Per aduentum spc scĩ
paracliti lib. In hora mortis nostre lib.
Peccatores te rogamus audi nos. Ut
nobis indulgeas te r. Ut nobis parcas te r.
Ut ad ueram penitentiam nos pducere
digneris te r. Ut omnib; fidelib; defunc
tis requiem eternam dones te r. Ut fruc
tus terre dare et conseruare digneris te r.
Ut nos exaudire digneris te r. Fili dei te r.
Pastor bone te r. Agnus dei q. ut su.

Xpiste audi nos. Kyriel. Xpiste el.
Kyriel. Pater noster. Et ne nos.
Domine exaudi. Oremus. Oratio.
Deus cui proprium est misereri sp
et parcere suscipe deprecationem
nostram ut quos delictorum cathena constri
git miseratio tue pietatis absoluat. P.
Fidelium deus omnium conditor et Oro
redemptor animabus famulorum
famularumque tuarum remissionem
cunctorum tribue peccatorum ut indul
gentiam quam semp optauerunt piis
supplicationibus consequantur. P
xpm dnm nrm Amen.

terre quia audierunt omnia verba oris tui. Et
cantent in viis domini quoniam magna est gloria
domini. Quoniam excelsus dominus et humilia respi
cit et alta a longe cognoscit. Si ambula
vero in medio tribulationis vivificabis
me et super iram inimicorum meorum extendisti
manum tuam et salvum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in
seculum opera manuum tuarum ne despici
as. Requiem ut s. An. Opera manuum
manuum tuarum ne despicias domine. V.
Audivi vocem de celo dicentem michi Scri
be beati mortui qui in domino moriuntur. A. De.
Magnificat anima mea dominum ut supra.
A. Omne quod dat michi pater ad me ve
niet et eum qui venit ad me non eiciam foras.
Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison.
Pater noster. Et ne nos inducas. Ps.
Lauda anima mea dominum laudabo
dominum in vita mea psallam deo meo

quam diu fuero. Nolite confidere i[n] prin
cipibus in filiis hominum in quibus no[n]
est salus. Exibit sp[iritu]s eius et reuertetur i[n]
terram suam in illa die peribunt om[ne]s co
gitationes eorum. Beatus cuius deus
iacob adiutor eius spes eius in d[omi]no deo ip[s]i[us]
qui fecit celum et terram mare et o[mn]ia que i[n]
eis sunt. Qui custodit ueritatem in s[e]c[u]l[u]m
facit iudicium iniuriam pacientibus dat
escam esurientibus. Dominus soluit compedi
tos d[omi]n[u]s illuminat cecos. Dominus erigit elisos do
minus diligit iustos. Dominus custodit adue
nas pupillum et uiduam suscipiet et ui
as peccatorum disperdet. Regnabit do
minus in secula deus tuus syon in gene
ratione et generationem. Requiem.
Pater n[oste]r. Et ne nos. Versicl. Tpristel:
Respcl. A porta inferi. Erue d[omi]ne a[n]i[m]as eor[um].
Requiescant in pace. Amen. Domine ex
audi. Et clamor. Oremus. Oratio.

Deus qui nos patrem et matrem hono-
rare precepisti miserere clementer a-
nimabus parentum meorum eorumque peccata
dimitte meque eos in eterne claritatis
gaudio fac uidere. Per. Oremus. Oratio.

Quesumus domine pro tua pietate
miserere anime famule tue et a
contagiis mortalitatis exutam in eterne
saluationis parte restitue. Per. Oratio.

Fidelium deus omnium. ut supra.

Ad matutinas inuitatorium.

Regem cui omnia uiuunt. Venite adoremus.
Venite exultemus [illegible]. Ps. [illegible] Ps.
Verba mea auribus percipe domine in-
tellige clamorem meum. Intende
uoci orationis mee rex meus et deus meus.
Quoniam ad te orabo domine mane exaudies
uocem meam. Mane astabo tibi et ui-
debo quoniam non deus uolens iniqui-
tatem tu es. Neque habitabit iuxta

te malignus neque permanebunt iniusti
ante oculos tuos. Odisti omnes qui o
perantur iniquitatem perdes omnes qui
loquuntur mendacium. Virum san
guinum et dolosum abhominabitur do
minus ego autem in multitudine misericordie
tue. Introibo in domum tuam adora
bo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iusticia tua propter
inimicos meos dirige in conspectu tuo vi
am meam. Quoniam non est in ore eorum
veritas cor eorum vanum est. Sepul
crum patens est guttur eorum linguis
suis dolose agebant iudica illos deus.
Decidant a cogitationibus suis secundum
multitudinem impietatum eorum
expelle eos quoniam irritaverunt te domine.
Et letentur omnes qui sperant in te in eter
num exultabunt et habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui di

ligunt nomen tuū qm̄ tu benedices iu-
sto. Domine ut scuto bone voluntatis
tue coronasti nos. Requiem. A. Dirige
domine deus meus in conspectu tuo viā
meam. An̄. Convertere domine. Ps.
Domine ne in furore tuo arguas me.
A. Convertere domine et eripe animam
meam qm̄ non est in morte qui memor
sit tui. A. Nequando rapiat. Ps.
Domine deus meus in te speravi sal-
vum me fac ex omnibꝫ persequentibꝫ me
et libera me. Nequando rapiat ut leo
animam meam dum non est qui redimat
neqꝫ qui salvum faciat. Domine deꝰ
meus si feci istud si est iniquitas in ma-
nibus meis. Si reddidi retribuentibꝫ
michi mala decidam merito ab inimicis
meis inanis. Persequatur inimicus a-
nimā meā comprehendat et conculcet in
terrā vitā meā et gloriam meam in pulverē

deducat. Exurge domine in ira tua
et exaltare in finibus inimicorum meorum.
Et exurge domine deus meus in precepto
quod mandasti et synagoga populorum
circumdabit te. Et propter hanc in al
tum regredere dominus iudicat populos. Iu
dica me domine secundum iusticiam
meam et secundum innocentiam meam super me.
Consumetur nequicia peccatorum et
diriges iustum scrutans corda et renes deus.
Iustum adiutorium meum a domino
qui saluos facit rectos corde. Deus iudex
iustus fortis et paciens numquid irasci
tur per singulos dies. Nisi conuersi fu
eritis gladium suum uibrauit arcum suum
tetendit et parauit illum. Et in eo parauit
uasa mortis sagittas suas ardentibus
effecit. Ecce parturit iniusticiam et con
cepit dolorem et peperit iniquitatem. La
cum aperuit et effodit eum et incidit in

foueam quam fecit. Conuertetur do
lor eius in caput eius: et in uerticem ipsius i
niquitas eius descendet. Confitebor do
mino secundum iusticiam eius: et psal
lam nomini domini altissimi. Requiem
A. Nequando rapiat ut leo animam meam
dum non est qui redimat neque qui saluum
faciat. R. A porta inferi. Erue domine animas eorum.
Pater noster. Et ne nos. Lectio prima.
Parce michi domine nichil enim sunt
dies mei. Quid est homo quia magni
ficas eum aut quid apponis erga eum cor
tuum. Visitas eum diluculo et subito
probas illum. Usquequo non parcis michi
nec dimittis me ut glutiam saliuam
meam peccaui. Quid faciam tibi o cus
tos hominum quare me posuisti contra
rium tibi et factus sum michimetipsi grauis.
Cur non tollis peccatum meum et qua
re non auferes iniquitatem meam. Ecce

nunc in pulvere dormio et si mane me
quesieris non subsistam. R. Credo quod
redemptor meus vivit et in novissimo
die de terra surrecturus sum. Et in carne
mea videbo deum salvatorem meum. V.
Quem visurus sum ego ipse et non alius
et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne.
Tedet animam meam vite. lectio ij.
mee dimittam adversum me eloq
uium meum. loquar in amaritudine ani
mee dicam deo noli me condempnare.
Judica michi cur me ita iudices. Numquid
bonum tibi videtur si calumpnieris me
et opprimas me opus manuum tuarum et
consilium impiorum adiuves. Numquid
oculi carnei tibi sunt aut sicut videt homo
et tu videbis. Numquid sicut dies hominis
dies tui et anni tui sicut humana sunt
tempora. ut queras iniquitatem meam
et peccatum meum scruteris. Et scias

quia nichil impium fecerim cum sit ne
mo qui de manu tua possit eruere. R.
Qui lazarum resuscitasti a monumento
fetidum. Tu eis domine dona requiem et
locum indulgentie. V. Qui venturus es
iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem.
Tu eis domine. Lectio tertia.
Manus tue domine fecerunt me et
plasmaverunt me totum in circuitu et
sic repente precipitas me. Memento que
so quod sicut lutum feceris me et in pul
verem reduces me. Nonne sicut lac mul
sisti me et sicut caseum me coagulasti. Pel
le et carnibus vestisti me ossibus et nervis
compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi
et visitatio tua custodivit spiritum meum. R.
Domine quando veneris iudicare terram ubi me
abscondam a vultu ire tue. Quia peccavi
nimis in vita mea. V. Commissa mea
domine pavesco et ante te erubesco dum veneris

iudicare noli me condempnare. Quia
peccaui nimis in uita mea. a' Exultabūt
Miserere mei deus secundum. ut sup.
a' Exultabūt dño ossa humiliata. a' Exa:
Te decet ymnus deus in syon et tibi ps.
reddetur uotum in ihrlm. Exaudi
orationem meā ad te oīs caro ueniet. Uer
ba iniquorum preualuerunt sup nos et impie
tatibus nris tu ppiciaberis. Beatus quem elegi
sti et assumpsisti habitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue scm
est templum tuum mirabile in equitate.
Exaudi nos deus salutaris nr spes oī
um finium terre et in mari longe. Prepa
rans montes in uirtute tua accinctus po
tentia qui conturbas pfundum maris so
num fluctuum eius. Turbabuntur gētes
et timebūt qui habitant terminos a signis
tuis exitus matutini et uespere delectab.
Uisitasti terram et inebriasti eam mul

tiplicasti locupletare eam. Flumen dei
repletum est aquis parasti cibum illorum quoniam
ita est preparatio eius. Rivos eius in
ebrians multiplicasti locupletare eam. Flu
men dei repletum est aquis parasti cibum
illorum quoniam ita est preparatio eius. Rivos
eius inebrians multiplica genimina eius
in stillicidiis suis letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis
tue et campi tui replebuntur ubertate.
Pinguescent speciosa deserti et exul
tatione colles accingentur. Induti
sunt arietes ovium et valles habunda
bunt frumento clamabunt etenim y
num dicent. Requiem. ℟ Exaudi deus
orationem meam ad te omnis caro veniet.
Deus deus meus ad te de luce. ps.
Deus misereatur nostri. ℟ Me suscepit
dextera tua domine. ℟ A porta inferi. ps.
Ego dixi in dimidio dierum meorum

vadam ad portas inferi. Quesivi resi-
duum annorum meorum dixi non videbo dominum
deum in terra viventium. Non aspiciam
hominem ultra et habitatorem quietis. Gene-
ratio mea ablata est et convoluta est a
me quasi tabernaculum pastorum. Pre-
cisa est velud a texente vita mea dum ad-
huc ordirer succidit me de mane usque
ad vesperam finies me. Sperabam usque ad
mane quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.
De mane usque ad vesperam finies me
sicut pullus hirundinis sic clamabo
meditabor ut columba. Attenuati sunt
oculi mei suspicientes in excelso. Domine vim
patior responde pro me quid dicam aut
quid respondebit michi cum ipse fecerim. Re-
cogitabo tibi omnes annos meos in ama-
ritudine anime mee. Domine si sic vivitur
et in talibus vita spiritus mei corripies me et vivi-
ficabis me ecce in pace amaritudo mea

a amarissima. Tu autem eruisti aiam
meā ut non periret: piecisti post tergū tuū
oīa pccā mea. Quia non infernus confite
bitur tibi neq; mors laudabit te: nō expecta
būt qui descendunt in lacū veritatē tuā.
Vivens vivens ipse confitebitur tibi sicut
et ego hodie: pr filiis notā faciet veritatē tuā.
Dñe saluum me fac: et psalmos nrōs cā
tabimus cūctis diebꝫ vite nrē in domo dñi. Req.
Aꝰ A porta inferi. Erue dñe aīas eorꝫ. Aꝰ Ps.
Laudate dominum de celis. Canta
te dño canticū. Laudate dnm in scīs.
Aꝰ Oīs sp̄s laudet dnm. Aꝰ Ego sū. Ps.
Benedictus dñs deus israel. ut sup.
Aꝰ Ego sum resurrectio et vita qui credit
in me etiā si mortuus fuerit vivet: et oīs
qui vivit et credit in me nō morietur in
eternum. Kyr. Xpe. Kyr. Pater noster.
A porta inferi. Erue dñe aīas eorū. Dñe
exaudi. Et clamor. Oremus. Oratio.

Quitem beate resurrectionis optine
ant uitamque eternam habere me
antur in celis. Per te ihesu saluator mun
di rex glorie. Qui in trinitate perfecta vi
uis et regnas cum deo patre in unitate
spiritus sancti deus. Per omnia secula
seculorum. Amen. Requiescant in pace.
Amen.

O Intemerata et in eternum be
nedicta singularis et incom
perabilis virgo dei genitrix
maria gratissimum dei te
plum spiritus sancti sacrarium ianua
regni celorum per quam post deum totus
uiuit orbis terrarum. inclina mater mi[sericordi]e
aures tue pietatis indignis supplicatio
nibus meis et esto michi peccatori pia in
omnibus semper auxiliatrix. O iohannes
beatissime xpi familiaris et amice qui
ab eodem domino nostro ihu xpo virgo es e
lectus et inter ceteros magis dilectus atque
misteriis celestibus ultra omnes imbutus
apostolus eius et euuangelista factus es
preclarissimus te etiam inuoco cum matre
dilectissima eiusdem saluatoris nostri ut
michi in omnibus opem tuam cum ipsa
ferre digneris. O due gemme celestes
maria et iohannes. O duo luminaria

diuinitus ante deum lucentia uestris
radijs scelerum meorum effugate nubi
la quia uos enim estis illi duo in quibus
deus pater per filium suum dominum nostrum ihesum
christum specialiter edificauit sibi domum
et in quibus ipse filius dei patris unigenitus
ob sincerissime integritatis meritum di
lectionis sue confirmauit priuilegium
in cruce pendens uni uestrum ita dicens. Mu
lier ecce filius tuus deinde ad alium ecce
mater tua. In huius ergo tam sacratis
simi amoris dulcedine qua ita tunc ore
dominico uelut mater et filius inuicem
coniuncti estis uobis duobus ego pecca
tor commendo hodie corpus meum et ani
mam meam ut in omnibus horis atque mo
mentis intus et exterius sitis mihi custodes
et pij apud deum intercessores michi ex
istere dignemini. Credo enim firmiter
fateor indubitanter quia uelle uestrum

velle dei ⁊ nolle vestrum nolle dei ē unde
et quicquid ab illo petitis sine mora op
tinetis. Per hanc ergo tam potentissimā
vestre dignitatis virtutem postate michi
queso corporis et anime salutē. Agite er
go agite vestris gloriosis precibꝫ. O mari
a et iohannes ut cor meum invisere et i
habitare dignetur spc sanctus qui me a cunc
tis viciorum expurget sordibus sacris ex
ornet virtutibus atqꝫ a cunctis liberet p
turbationibus in dilectione dei ⁊ proximi
pfecte stare et pseverare faciat et post
huius vite cursum ad gaudia dicat e
lectorum suorum benignissimus para
clitus gratiarum largitor optimus q
patri et filio consubstancialis et coeter
nus cum eis et in eis vivit et regnat ds
Per omnia secula seculorum Amen.

Obsecro te domina sancta ma-
ria mater dei pietate plenis-
sima summi regis filia mater
gloriosa mater orphanorum
consolatio desolatorum via errantium
salus in te sperantium virgo ante partum
virgo in partu virgo post partum. fons
misericordie. fons salutis et gratie fons
pietatis et leticie. fons consolationis
et indulgencie per illam sanctam ineffabi-
lem leticiam qua spiritus tuus exultavit in
illa hora quando tibi per gabrielem archan-
gelum annunciatus et conceptus est
filius dei et per illud divinum misterium
quod tunc operatus est spiritus sanctus
Et per illam sanctam ineffabilem pie-
tatem gratiam misericordiam amorem et humi-
litatem per quas filius tuus descendit
accipere humanitatem in venerabili-
ssimo utero tuo et in quibus te respexit

quando te commendauit sancto iohanni
apostolo et euuangeliste et quando te ex
altauit super choros angelorum et per illam
sanctam ineffabilem humilitatem in
qua respondisti gabrieli archangelo Ec
ce ancilla domini fiat michi secundum
uerbum tuum et per illa sanctissima
quindecim gaudia que tu habuisti de
filio tuo domino nostro ihesu christo et per
illam sanctam maximam compassi
onem et acerbissimum dolorem que tu
habuisti quando filium tuum dominum nostrum ihesum
christum ante crucem nudatum et in ipsa
leuatum uidisti pendentem crucifixum
uulneratum sacientem uel apponi cla
mantem audisti et morientem uidisti
et per quinque uulnera filij tui et per con
tractionem membrorum et uiscerum
suorum pre nimio dolore uulnerum et
per omnem dolorem que habuisti quando

uidisti cum uulneratum ⁊ p fontes sangui
nis sui ⁊ p omnem dolorem cordis tui ⁊ per
fontes lacrimarum tuarum cum oīb; scīs
et electis dei ueni et festina in auxilium ⁊
consilium meum in oīb; orationib; et re
questis meis ⁊ omnib; angustijs et neces
sitatibus meis ⁊ in omnib; illis rebus in quib;
ego facturus sum locuturus aut cogita
turus omnibus diebus omnib; noctibus
horis atq; momentis uite mee. Et michi
famulo tuo impetres a dilecto filio tuo cō
plementum totius bona cū oīmia et con
solatione omni consilio auxilio et adiu
torio omni benedictione et sanctificatiōe
omni salutatione pace et prosperitate cū
gaudio et letitia. Etiam habundantiā
oīm bonorum temporalium ⁊ corporaliū
et spiritualium et gratiam sc̄i sp̄c q̄ me
bene p omnia disponat aīam meam
custodiat corpus regat mentis erigat

auditum dirigat sensum erigat actus probꝫ
mores componat uota et desideria mea ꝑ
ficiat cogitationes sanctas instituat pre
terita mala indulgeat presentia emendꝫ
futura moderetur uitam honestam et ho
norabilem michi tribuat uictoriā con
tra omnes aduersitates huius mundi ⁊ ve
ram pacem spiritualem et corporalē mich
i tribuat bonam spem caritatem fidem cas
titatem humilitatem et pacientiā et qui
que sensus corporis mei regat et protegat
septem opa mīe me complere faciat ⁊ du
odecim articulos fidei et decem precepta leg'
firmiter credere et tenere me faciat et a sep
tem peccatis mortalibus me liberet et de
fendet usqꝫ in finem uite mee ⁊ in nouis
simis diebus meis ostende michi faciem
tuam et annuncies michi diem et horam
obitus et mortis mee et hanc orationem
supplicem suscipias et exaudies et uitam

eternam michi tribuas audi et exaudi
me dulcissima maria mater dei et mise
ricordie. Amen.

321 **Officium** Beatae Mariae Virginis. 8vo ($6\frac{1}{2}$ by $4\frac{1}{2}$), MANUSCRIPT ON VELLUM, Flemish 15th-cent., 53 leaves written in neat Gothic characters, 20 lines to the page, eleven pages decorated with borders formed of delicate pen tendrils and scrolls with flowers in gold, blue and red, numerous small initials in gold on pen-decorated grounds, original binding of leather over oak boards with twisted metal clasps, stamped in blind with wyverns, grotesques and diamond-shaped ornaments **£20 0 0** *XV. Cent.*

Tregaskis - Morgan.

321 **Officium** Beatae Mariae Virginis. 8vo ($6\frac{1}{2}$ by $4\frac{1}{2}$), MANUSCRIPT ON VELLUM, Flemish 15th-cent., 53 leaves written in neat Gothic characters, 20 lines to the page, eleven pages decorated with borders formed of delicate pen tendrils and scrolls with flowers in gold, blue and red, numerous small initials in gold on pen-decorated grounds, original binding of leather over oak boards with twisted metal clasps, stamped in blind with wyverns, grotesques and diamond-shaped ornaments **£20 0 0** *XV. Cent.*